



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

35. An si Religiosus det alteri Religioso ejusdem Monasterii libros, vel alia  
magni valoris, peccet contra votum paupertatis? Ex part. 7. t. 11. & Misc.  
2. r. 20.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

# De Paupertate Religiosa. Ref. XXXII. &c. 263

§. 1. **N**egatiū respondent Villalobos *in summ.* tom. 2. tract. 35. diffic. 14. num. 5. vbi sic ait: *Dice Narro, que de licencia presumpta podria llevar sus escritos de mano, que fueren inutiles a la primera Religion, quales parece que son los apuntamientos de los estudiantes, porque en este caso se puede presumir la licencia del Superior. Mas no podra llenar los papeles de importancia sin licencia del Prelado. Sic ille, & post illum Hieronymus Rodriques in *conpen. qq. Regul. refol. 12. 3. num. 8. 2.* & Fauquier in *theb. Rel. g. lib. 5 q. 386. num. 3.* Hac opinio est probab.*

Alibi Ref. que hic est antecedit, & elle existimo, quam alibi etiam docui & tenet Ioannes Valerus *in differ. vir. fori, ver. Regularis, differ. 8. & legem. n. 2. nisi scripte sint omnino correcta per Authorem, & Domus transiens velit illa typis maius dare, vide at Valerus: Vidi quemdam Religiosum doctissimum secum detulisse duos libros a se compositos, nulla ad id licentia a suo Prelato petita, qui Religiosus erat ex Societe IESV, & transitum fecerat ad nostrum. Ita Valerus.*

## RESOL. XXXII.

*An si Religiosus largiatur munera alteri Religioso, incidat in panas huius Bulla? Ex part. 1. tract. 6. Refol. 18.*

In hoc in §. 1. **V**idetur respondendum affirmatiū: quia in hac Constitutione prohibentur largitiones munierum inter ipsos Religiosos; & ita tenet Barthol. à S. Fausto in *theb. Lib. 8. q. 209. n. 2.* & Paulinus Berti in explicat, *huius Bulla p. 1. fol. 414. col. 2.*

2. Sed ego pato, quod si aliqua ambitione in Religiosis non praesumitur, largitio munierum inter ipsos non est prohibita. Et colligitur aperte ex verbis Bullæ, ibi: *Ne prava ambitione impulsu. Vnde Religiosus qualeti Religioso præberet munera, sine ullo ambitionis intento, non includeretur sub hac prohibitione; nam, vt diximus, haec prohibito fundatur in presumptione ambitionis: vnde, si ea cesseret, cessabit etiam prohibito, saltem in foro conscientie: lex enim fundata in presumptione, non obligat in conscientia, si presumptione deficit. Et ita in terminis nostræ Bullæ relutuit hoc quæsumus Ioan. Valerus in *differ. utrisque fori verb. munera. n. 8. 2.* Vide *infra Refol. 3. 3.**

## RESOL. XXXIII.

*An si in aliquo speciali casu Religiosus largiendo munera nec dissiperet bona Religionis, nec rale domini villa fuerit ambitionis occasio, incidaret in panas huius Bullæ?*

*Et explanatur, quod quando cesserat finis ad aquatum legis in particulari, cesserat obligatio legis. Ex part. 1. tr. 6. Refol. 3. 3.*

§. 1. **R**espondeo negatiū quidquid in contrarium aliterat Faustus in *theb. Relig. lib. 8. q. 209. & Paulinus Berti in explicat, huius Bull. part. 1. principali.* Et ita docet Granado in *part. 2. contr. 7. r. 3. part. 2. diff. 1. 5. fecl. 3. num. 18.* quia finis Constitutionis pontificie fuit, tollere occasionem ambitionis, & dilapidationis bonorum: sed in nostro casu cesserat ratio, & finis legis: ergo lex non obligat.

2. Sed quia codex rarus est ponam per extensum verba Granadi, qui ita aliterit: *Licet leges condantur propter bonum commune, adhuc ex obligant*

etiam singulos subditos in particulari, & in singulis habent vim ex ratione, propter quas conduntur. Unde, quando in aliquo particulari cessant, cessat quoque legum obligatio: v. g. lex non largiendi munera, quam Clemens VIII. edidit, condita fuit propter commune bonum Religionis; sed tamen singulos obligabant, & in singulis habebant vim rationes illius Constitutionis, nempe, ne dissiparetur patrimonium Christi Domini, nec esset occasio ambitionis: quare, si in aliquo speciali casu, nec Religiosus dissiparet patrimonium Christi, nec villa foret ambitionis occasio, con sequenter censeretur deberet lex non obligare.] Ita ille, & ex nostris P. Megala *confsl. 3. 3. n. 6.* Et latius quidem probabilit: nam, vt alibi fuit probatum est,

\* Aibi lateat quando cesserat finis ad aquatum legis in particulari, cesserat obligatio legis, v. præter Granado docet noster P. rionibus, que Megala vbi sup. & in 2. 2. lib. 2. cap. 7. q. 2. fol. 2. num. 55. hic sunt in tom. 6. tr. 1. R. fol. 70. 71. 72. & in multis aliis verbis, *Iudic. num. 7. 4. & seq. Abbas in c. quia in insulis de regul. Angelus ver. lex. n. 4. cas. 2. Sæ verb. lex. n. 2. & positis in annor. Valquez. Suarez. Sanchez. Molina. Salas, & alij, alibi Ref. 1. huius not.*

## RESOL. XXXIV.

*An Religiosus possit præbere aliquod munus Religioso eiusdem Monasteri?*

*Et an hoc etiam extendatur, non solum ad Religiosos eiusdem Monasteri, sed etiam ad alios Religiosos eiusdem tamē Religionis?*

*Et an res comestibiles recepta cum licentia Prælati possint dispensari in extraneos in magna quantitate, & non obstante, quod fint magni pretij? Ex p. 1. tr. 6. Refol. 3. 9.*

§. 1. **N**egatiū responderet Coriolan de *cas. referr.* Sup. hoc in Refol. 4. & p. 2. cas. 8. n. 6. si præbeat rem notabilem, Et si quis licet velit, in qua quantitate hoc fieri licet, supradicta lege respondet cum Ledesma in addit. tom. 2. cap. 4. dub. 6. fol. ambi 95. vbi sic aliterit: *Si un Religioso da a su compañero en Rosario, o unos cobrillos, o unos lienzos de narices, que en dineros valdrían diez, o doce reales, no tendría escrupulo: que el Religioso los diese a otro Religioso del mismo Conuento. Lo mismo digo de otras cosas parecidas, y semejantes, que no se pueden poner a qui por ser tan menudas; como sean de este precio pocas mas, o poco menos, no ay que tener escrupulo de pecado de propiedad contra el voto de la pobreza.* Ita ille qui non solum hoc extendit ad Religiosos eiusdem Monasterij, sed ad alios Religiosos, eiusdem tamē Religionis. Et hanc sententiam docet Peirinus de *Relig. tom. 2. cap. 2. quaf. 2. 6.* qui etiam notat, res comestibiles receptas cum licentia Prælati, possint dispensari in extraneos, in magna quantitate, & non obstante, quod fint magni pretij: quia in istis semper praesumitur licentia Prælati. Sed an hæc omnia in presenti Refoluta, posita sint probabilita in praxi; remitto me arbitrio aliorum.

## RESOL. XXXV.

*An si Religiosus det alteri Religioso eiusdem Monasterii libros, vel alia magni valoris, peccet contra votum paupertatis? Ex part. 7. tract. 1. & Misc. 2. Rel. 20.*

§. 1. Ad

Sup. hoc ip. §. 1. **A**d hoc dubium affirmatiū respondet Car-  
Ref. praefer-  
ta, & legg. **s**ect. 8. num. 176. vbi sic ait: Si Religiosus aliquis dat  
doctrinā al-  
teri Religioso eiusdem Conventus librum valoris  
terius & eius  
anno.

quinq[ue] aureorum, Manuēl Rodriguez, quem affert  
& Sequitur Sanchez d. lib. 7. cap. 19. num. 66. putat  
non esse mortale, quia cū liber ille manere debeat  
in eodem Conventu, non videtur esse grauitate iniurias  
Pralatus; parum enim extrahitur ab vñi communi per  
illam donationem. Et in vniuersum Pater Suarez  
tom. 3. de Relig. lib. 8. c. 1. s. m. 6. obseruat maiorem quanti-  
tatem requiri ad culpam gravem quando, aliquis  
dat aliis Religiosis eiusdem Conventus, cū res illæ  
maneant adhuc intra eandem Communitatem, nisi  
forte fiat distributio ex bonis, que adhuc in communione  
reservata sunt pro tota Communitate. Vnde infert idē  
Suarez, multum diminui de grauitate huius culpe, ac  
per consequens maiorem materiam requiri ad culpam  
Resol. 14. & gravem, quando unus Religiosus tribuit alteri Reli-  
cum eiusdem gloio eiusdem Conventus vñm rei sibi iam concessæ  
DD. citatis à Superiori ad eundem, vel similem, vñm. Ita Cardin-  
is. vlt. huius  
in Ref. 61. §.  
vlt. **2.** Sed negatiæ sententia adhæret Caramuel in  
reg. D. Bened. disp. 64. n. 96. vbi ita afferit. Religiosus  
potest dare quacumque alteri filio eiusdem domus, quin  
peccet contra paupertatem. Vnde non solùm libros cu-  
iuscumque pretij, & vestes & secundumque, sed etiam  
picturam cuiuscumque valoris, si excederet premium  
millium ducatorum posset Monachus dare Confratri.  
Ratio est manifestissima; quia hic nullum detrimentum  
fit bonis Monasterij, nam ipsius illas sum dominum  
consernatur. Vñs non est contu Monasterium;  
quid enim huius refert, quod talis pictura sit in cubiculo  
Ioannis, aut Pauli? Solum hinc iniuria fit Prælato,  
sine cuius licentia dantur munera, cū sit expellimus  
in Reg. cap. 54. sine Abbatis licentia nulla munera nec  
a Confratribus accipienda esse, atque ideo qui talem  
picturam aut aliam rem summi valoris dederit contra  
Prælati præceptum Obedientie, peccabit fidei mortaliter, sed non contra Paupertatem. Qui in talibus rebus  
contra Abbatis præceptum Ob-dientie non operatur  
peccat contra Regulam in foro exteriori, in quo est  
punierendus; & pena corporalis sufficit ad conserva-  
tionem discipline. Ita Caramuel, qui citat Llamas, &  
Fagundez, quibus addit nouissime Machadum de perf.  
Conf. tom. 2. lib. 5. par. 2. tr. 1. docum. 8. n. 7. qui adhæret  
sententia Caramuelis me citato.

## RESOL. XXXI.

An quando Religiosi inter se largiuntur munera de re-  
bus minimis, necessariis sit habere licentiam expre-  
sam, & in scriptis suorum Superiorum? Ex p. 1. tr. 6.  
Ref. 20.

§. 1. **A**ffirmatiū respondet Berti in expos. huius  
Bulle. p. 2. cas. 3. fol. 417. col. 2. in fin. & ex  
parte Barthol. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 8. q. 219. n. 5.  
Et ratio est: quia ita afferunt verba Bullæ.

2. Sed mihi probabilis videtur contraria senten-  
tia, qua afferit, dictam approbationem intelligendam  
esse in ordine ad Religiosos, de quibus aliqua ambi-  
tio timeri potest: secus autem de Religiosis, in quibus  
prædicta ambitio non timerit. Et in his non est  
necessaria licentia Superioris expressa, & in scriptis:  
sed sufficit licentia tacita, & multo magis verbalis,  
falsa in foro conscientia. Et idē Bartholomæus à  
S. Fausto, vbi supra, idem fertur de licentia in scrip-  
tis: putat enim, hanc esse necessariam tantum in ordi-  
ne ad forum externum. Et absolute hanc opinionem

docuit Ioan. Valerus in diff. utrinque fori, verb. ma-  
nera, num. 83.

## RESOL. XXXVII.

An dictam licentiam habere debet Religiosus, per, quoties vult donare; Ex part. 1. tr. 6.  
Resol. 21.

§. 1. **I**acobus de Graffis de cas. reserv. lib. 3. cap. 4.  
58. affirmatiū tenet sententiam  
2. Sed Bartholomæus à S. Fausto, vbi supra, q.  
212. & Ioan. Valerus num. 86. negatiū sententiam  
amplexi sunt: afferunt enim, sufficere licentiam ob-  
tentam semel pro tempore; & quidem durum est re-  
quiri specialem licentiam in quacunque largitione suffi-  
ciet igitur generalis. Et ratio est: quia à iure communi  
non est recedendum, nisi quatenus ius novum co-  
git: sed de iure antiquo sufficiebat licentia generalis  
& tacita: & cum per hanc Bullam modo requiratur  
expresa in scriptis, nihil addendo, vt sit specialis in  
quacunque largitione: ergo sufficit, vt sit generalis in  
scriptis. Et ita etiam præter Doctores citatos, ad-  
versus Graffium tenet hanc sententiam Paulinus Berti  
in expos. huius Bullæ, part. 2. dub. 1. fol. 417. col. 1.  
circa finem.

## RESOL. XXXVIII.

An Religiosus, seu Monialis cum licentia tacita pe-  
cet mortaliter alienando, vel recipiendo aliquid da-  
destin, sciens illum modum clandestinum. Supponi  
dupliciterum?

Et supponitur, si Religiosus det, vel accipiat aliquid  
ne voti paupertatis fraktione sufficere tacitam, sed  
probabilitate presumptam Superioris voluntatem  
in eo casu, in quo posset expressa licentia postulari,  
& ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, au-  
t nonnullam difficultatem audeundi Superiorum omni-  
titur.

Et an peccet mortaliter Monialis, que Abbatis vis-  
tanti cubiculum aliquas res occultavit ob verten-  
diam? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 31.

§. 1. **S**uppono, ex communi sententia, vt Religiosus  
det, vel accipiat aliquid sine voti paupertatis  
fraktione, sufficere tacitam, vel probabilitate presum-  
ptam Superioris voluntatem, etiam in eo casu, in quo  
posset expressa licentia postulari, & ob aliquem huma-  
num respectum, vel pudorem, aut nonnullam difficultatem  
audeundi Superiorum, omittitur. Hanc sen-  
tentiam docet D. Thomas 2. 2. quæst. 32. art. 8. ad 1.  
Valentia tom. 3. disp. 10. quæst. 4. punt. 3. Leffus de  
iust. lib. 2. cap. 41. dub. 9. n. 8. Azorius p. 1. lib. 12. c. 12.  
quæst. 2. 3. & 4 Molina de iust. tom. 2. disp. 276. S. enk.  
Eleemosyna, n. 12. Ledesma in fin. tom. 2. 17. c. 4. 3. art.  
3. Bañez & Aragon in 2. 2. q. 3. art. 8. cum aliis con-  
munitur.

2. Hac veritate supposita, respondeo, in cau pro-  
posito Religiosum non peccare mortaliter: quia licen-  
tia tacita excusat Religiosum à transgressione voti  
paupertatis, quando rem aliquam accipit, vel aliena-  
tio Superiori; credens tamen, quod Superior le-  
centiam sic alienandi, vel recipendi daret: quan-  
uis displiceret illi talis alienandi, & accipiendo mo-  
dus. Potest igitur esse Superior iniurias, vt ita dic-  
cam, quoad substantiam dandi, vel alienandi; &  
potest esse iniurias quoad modum: si est iniurias  
quoad substantiam rei, Religiosus peccat alienando  
vel recipiendo; non autem si est iniurias quoad